



# Adulésens®

© Shutterstock



Obsérvate et lude  
Schola  
pictúrae



Donum:  
pittácia  
adhaesiva!

Vita Romána

Imáginem  
exprímere

# Summárium

- |  |   |
|--|---|
| <b>3</b> Família Clacson<br><b>Ars et invéntio</b>     | <b>11</b> Omnes una<br><b>Dies septimánae</b>               |
| <b>4</b> Obsérva et lude<br><b>Schola pictúrae</b>     | <b>12</b> Vita Romána<br><b>Imáginem exprímere</b>          |
| <b>6</b> Investigátio<br><b>Kieron Williamson</b>      | <b>13</b> Simus Románi!<br><b>Ludi... quo plura sciámus</b> |
| <b>8</b> Macrocollum<br><b>Castéllum Sancti Ángeli</b> | <b>14</b> Quo ludo ludémus?                                 |
| <b>10</b> Smax<br><b>Donum feriárum</b>                | <b>16</b> Léxicon imagínibus auctum<br><b>In schola</b>     |

Praemium  
Nobeliánum  
Pacis 2010:  
hoc anno  
propónitur  
Interréte.



## Salvéte!

Nomen meum est Gaius.  
Vultísne linguam Latínam  
mecum díscere? Vos iuvábo.  
In hoc periódico sunt ludi,  
iucúndi nuntii et imágines.  
Delectámini!

Gaius



Salvéte amíci!

Mihi nomen est Grammatica.

Hoc mense discétis:

- vocábula et locutíones,  
quae ad artes périnent
- tempus praesens
- adiectíva

# Interréte pro pace

Praemium Nobeliánum Pacis 2010: hoc anno propónitur  
Interréte. Interréte enim est ingens modus  
communicatiónis. Hoc modo cottidie collóquimur,  
lúdimus, díscimus, novos hómines nóstimus... et  
póssumus mundum fácere meliórem: mundum pacis  
et amicítiae.

Solutíones sunt páginá 15.

## Modi communicatiónis

### Coniúnge vocábula


- |  |                  |
|--|------------------|
| <b>1</b> <input type="circle"/> acta     | <b>A</b> -matéum |
| <b>2</b> <input type="circle"/> radio-   | <b>B</b> diúrna  |
| <b>3</b> <input type="circle"/> telephó- | <b>C</b> -víso   |
| <b>4</b> <input type="circle"/> cine-    | <b>D</b> -phónum |
| <b>5</b> <input type="circle"/> tele-    | <b>E</b> -num    |

Libéllus Európae  
commúnis: A1 / A2

Contra legem est paginas  
huius fasciculi sine licentia  
photomultiplicare.



## Ars et invéntio



# Schola pictúrae



Verum an falsum?

- | V | F |
|---|---|
| ■ | ■ |
| ■ | ■ |
| ■ | ■ |
| ■ | ■ |
| ■ | ■ |
| ■ | ■ |
| ■ | ■ |
- 1 Puélla pingit.
  - 2 Puer delíneat.
  - 3 Puer effíngit.
  - 4 Inest color cinéreus.
  - 5 Duae sunt tabéllae.
  - 6 Non sunt colóres aquátiles.



Comple colóribus et  
lege nomen loci, in quo  
condúntur tábulae pictae.



Obsérvate delineaméntum  
et respónde quaestiónibus.

- 1 Útilis est si vis erádere.
- .....
- 2 Útilis est si vis píngere.
- .....
- 3 Sine ea píngere non potes.
- .....





# Kieron Williamson

Est puer Anglus, 7 annos natus, et iam verus ártifex!

Kieron Williamson vivit in Anglia. Tantum septem annos est natus, sed iam est magnus pictor. Rus Británicum libénter pingit colóribus aquatílibus. Eius pictúrae commémorant pictóres Picasso et Monet.



## Mirum

Colóres aquátiles sunt res antiquíssima. Anno 1300 a.Chr.n., Aegyptii iam pingunt hoc modo.



Eius mater dicit: "Filius meus libénter pingit quia vivit in diaeta, nec nobis est hortus. Kieron, cum pingit... proprium mundum creat."



Kieron dicit: "Pictúram amo, quia est res iucunda et attractiva. Cum pingo, cogito de locis quae non video."


In toto orbe terrárum hómines eius picturas émere volunt. Kieron eas vendit etiam in Cánada et lapónia! Perge ut institústi, Kieron!



## Ludus

Colóres misceámus!

- 1 CAERÚLEUS + FLAVUS = 
- 2 RUBER +  = ROSEUS

- 3 ALBUS + NIGER = 
- 4  +  = VIOLÁCEUS
- 5  +  = AURANTÍACUS

Solutíones sunt página 15.



**Aduléscens**

# Castéllum Sancti Ángeli

**Est unum ex antiquissimis  
Romae monuméntis.  
Decúrsu saeculórum varios  
usus habuit.**

Castéllum Sancti Ángeli imprímis fuit mausoléum imperatóris Hadriáni (II saec. p.Chr.n.). Qui máximum aedifícium extrúere voluit, dignum Románo império. Anno autem 403 sepúlcrum fit propugnáculum et coniúngitur cum móenibus Aureliánis; sexto sáculo Románi inde Gothis repúgnant. Fuit postea carcer, deínde castéllum cuiúsdam nóbilis famíliae, déniqe refúgium papárum. Nostris tempóribus factum est muséum, in quo exhibéntur arma et pictúrae.



Mythus ángeli


**Quid commémorat statua archángeli  
Michaélis, quae aedifícium ornat?**

- A** Archángelus papae Gregório Magno finem pestis nuntiávit.
- B** Archángelus Romános iuvit contra Goths.
- C** Archángelus Hadriáni sepúlcrum custodívit.

Solutíones sunt página 15.

# Smax

Donum feriarum



# Dies septimánae

**Lunae dies** est initium  
Septimanae et felix sum  
**Martis dies** est iucundus  
Roseus laetus et bonus

## Eho Mercúrii die

Domi possimus manere

## Iovis die laboramus

In schola ubi discimus

## Veneris dies:


Quo in schola laboramus

## Saturni die ludimus

Et pensa nostra facimus

Et denique **Domínicus**

**Dies** est valde quietus



# Imáginem exprimere

**Antiquitus multae  
erant hóminum effígies,  
imprímis statuae.**

© Shutterstock

Duo erant imáginem génera:  
públicum et privátum. Públicae  
effígies ostendébant hóminis virtútes:  
fortitúdinem, nobilitátem... Privátae  
autem erant veri símiles: nasus  
longus, óculus torvus, capillus rarus,  
omnes res ita ostendebántur ut erant.  
Hae effígies sive commemorábant  
áliquam sollemnitátem, sive maióres  
honorábant. Facies erat in toto  
córpore pars máxime nóbilis; ítaque  
Romae fingebántur Hermae, id est  
sola cápita, cum Graeci libéntius  
fíngerent corpus totum.



## Est modus dicéndi

Comple hanc  
sententiam, quae  
est de similitudine.

Q █ █ lis pa █ er, █ ali █ fil █ █ s

Solutíones sunt páginā 15.

## Verum an falsum?

- ① Multae imágenes erant fúnebres. V F
- ② Hermae fúnebres solum post mortem fabricabántur. V F
- ③ Imágines semper erant lapídeae. V F
- ④ Imágines in tábulis ligneis pictae non erant multae. V F
- ⑤ Inítio solis nobílibus licébat maióres imagínibus honorare V F
- ⑥ Non exstábant imágenes totius famíliae. V F

## Poena terribilis

Si vir públicus péssime se gerébat, eius nomen et eius imágó ubíque delebántur. Quómodo vocabátur haec poena? Lege 10 vocabúla in crucivérbio et ínveni.

T	O	T	U	S	N	A	S	U	S
P	U	B	L	I	C	U	S	D	A
M	E	F	F	I	G	I	E	S	N
A	T	I	O	S	T	A	T	U	A
R	A	R	U	S	I	M	A	G	O
M	E	T	A	B	U	L	A	M	O
R	C	A	P	I	L	L	U	S	I
P	R	I	V	A	T	U	S	A	E

V E R U M   A N  
F A L S U M ?

- ① Kieron Williamson vivit in Hibéria.
- ② Iuxta eius domum est magnus hortus.
- ③ Kieron pingit colóribus aquatílibus.
- ④ Eius mater dicit: "Cum pingit, proprium mundum creat."
- ⑤ Ille dicit: "Cum pingo, cágito de locis quae non video."
- ⑥ Tábulas etiam vendit in Cánada et Iapónia.

V    F  
 V    F  
 V    F  
 V    F  
 V    F  
 V    F

C A S T É L L U M   S A N C T I  
Á N G E L I

- ① Castéllum Sancti Ángeli est mausoléum Augústi.
- ② Fuit imprímis sepúlcrum.
- ③ Numquam fuit carcer.
- ④ Vocáatur Castéllum Sancti Ángeli quia supra est statua archángeli Michaélis.
- ⑤ Situm est prope Vaticánum.
- ⑥ Formam habet quadrátam.

V    F  
 V    F  
 V    F  
 V    F  
 V    F  
 V    F

C O M P L E   S E N T E N T I A S

- ① Effígies públicae ostendébant Romanórum .....
- ② Imágines ..... hómines ostendébant ut erant.
- ③ Imágines saepe honorábant .....
- ④ Statuae, quae solum caput osténdunt, vocántur .....
- ⑤ Damnáto memoriae est ..... terríbilis.

Solutíones sunt página 15.



# In schola



graphis colorária



forfex




glútinum




graphia



tábula



graphis



cummis



theca




tabélla



penicillus



stilus sphaerátus



colóres